

**Sermo**

in eum. Et eicientes eum extra ciuitatem lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adulescentis qui vocabatur saul. ⁊ lapidabant Stephanum invocantem ⁊ dicentem. Domine ihesu suscipe spiritum meum. Positis autē genibus clamauit voce magna dicens. Domine ihesu ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset obdormit in domino.

**Euangelium Mathei. xxiij.**

**N**illo tempore dixit ihesus turbis iudeorum ⁊ principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas ⁊ sapientes ⁊ scribas. ⁊ ex illis occiditis ⁊ crucifigitis. ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vestris. ⁊ persequemini de ciuitate in ciuitatem. ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. a sanguine abel iusti vsq; ad sanguinem zacharie filij barachie. que occidistis inter templum ⁊ altare. Amen dico vobis venient hec omnia super generationem istam. Iherusalem que occidis prophetas ⁊ lapidas eos qui ad te missi sunt. quotiens volui congregare filios tuos quem admodum gallina congregat pullos suos sub alas ⁊ noluit. Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Qui enim vobis Non me videbitis a modo donec dicatis Benedictus qui venit in nomine dñi.

**De sancto Stephano. Sermo decimusquartus**

**M**isit alexander iohannem purpuram. ⁊ coronam

**Decimusquartus**

auream. i. **N**achabiorum decimo. Sicut ait **A**postolus De patribus veteris testamenti. omnia in figura contingebant illis. quasi quidam sanctorum noui testamenti preluvia processerunt. sicut in preposita autoritate videre possumus manifeste. In his enim verbis notantur munera gratie que contulit dominus beato stephano dilecto suo **A**lexander qui interpretatur alienians tenebras vel auferens angustias signat cristum. qui tenebras ignorantie ⁊ angustias culpe remouit a nobis. **D**uos namque defectus paciebatur humanum genus ante aduentum cristi. i. Defectum veri intellectus. ⁊ Defectum boni affectu. Grauebatur enim humanus intellectus triplici tenebra. i. Culpe. Ignorantie. ⁊ figure. vii. **G**enesis. i. Tenebre erant super faciem abyssi id est cordis humani. De quo **I**heremie. xvij. **I**prauū est cor hominis ⁊ inscrutabile. **A**ffectus angustias scilicet triplici angustia. scilicet temptacione dyaboli. Concupiscencia carnali. ⁊ Amore huius mundi. **I**n psalmsa. **P**ersecutus est inimicus id est diabolus animam meam. humiliauit in terra id est in amore terrenorum. vitam meam. i. sensualitatem. quasi iam deuictam. Ab his duobus malis nos xps eripuit illuminatōe doctrine ⁊ infusione grē. **I**n iohannis. i. **G**racia ⁊ veritas per ihesum cristum facta est. ⁊ ita merito xps dicitur alexander. **J**onathas qui interpretatur columbe donum. significat beatorum stephani qui ex dono spiritus sancti triplici privilegio meruit insigniri.